



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

101. An saltem tempore interdicti liceat ministrare consecrationem
Episcoporum in illis quatuor Festivitatibus, in quibus ex indulto Cap. Alma,
permittitur celebratio solemnis divinorum Officiorum? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. XCIX.

An Episcopus consecratus ab heretico, seu excommunicato efficiatur irregularis, & priuetur usu Ordinis? Et supponit ordinatum ab heretico, suspenso, excommunicato, degradato, &c. prohiberi ab exercitio Ordinis accepit, atque incurvare irregularitatem, si suo Ordine vtratur. Et quid si a predictis aliquis cum ignorantia Ordinarii? Ex p. 12. tr. 1. Ref. 99.

§. 1. R espondeo Episcopum consecratum, vel alium Ordinatum ab Episcopo heretico, suspento, excommunicato, degradato, seu non de-nunciato, non incurvare excommunicationem, neque irregularitatem, neque priuati usu sui Ordinis. Suppono imprimis tum Ordines, tum alia Sacra menta, ad quorum valorem non requirunt iuridictio, valide conferti posse ab excommunicatis, suspensis, atque etiam haereticis.

2. Suppono secundum, Ordinatum ab haeretico suspenso, & excommunicato prohiberi ab exercitio Ordinis accepit in ordinantis exercitationem, atque incurvare irregularitatem, si suo ordine vtratur. Ita Henriquez Valent. & alij cōmuniter apud Barbosam alleg. 3. de potest. Episcop. num. 3. Couarruu. in cap. Alma mater 1. part. §. 6. qui omnium concordem sententiam efficit, & patet ex cap. 2. de Schismat. vbi Innocent. III. scribit. Bisuntino Episcopo, vt Priorem ab Schismatiko ordinatu repellat ab Ordinibus, nisi doceat ab habente potestate secum fuisse dispensatum, & cap. 1. de Ordinat. ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui, statuit Alexand. III. ad Tolentanum Archiepiscopum scribens, ut eiusmodi executione Ordinis sacri non retineant; & Gregor. I X. ibidem cap. 2. de Ordinatis ab excommunicato, si ignora nterea peccant, indulget, vt cum ipsis dispensetur, & sane cum talis Episcopus haeticus, excommunicatus, simoniacus, suspensus non habeat usum Ordinis, illum dare non poterit, iuxta regulam Urba ni II. ad Episcopum Pistorien. in cap. Beibertum 1. qust. 7. qui nihil habuit: nihil dare potuit. Dux nihilominus ordinatorum ab Episcopo haeticus, & excommunicato non denunciato, fore irregulares, & habere liberum exercitium Ordinis a tali Episcopo accepit, quod ex communī sententia docet Sanchez lib. 3. de Marim. disput. 2. num. 3. Henriquez lib. 13. cap. 39. Barbosa alleg. 3. de potest. Episcop. numero 17. Malard. de Probat. concl. 649. num. 45. & alij, quia ex furore Extraias ad euitanda, neminem non denunciavat etiam in Sacramentorum receptione, vitare tenemur. Neque Couarruu. in cap. Alma mater, 1. part. §. 6. num. 6. & alij Canonistae apud ipsum recte obiciunt cap. 2. de ordinat. ab eo, qui Episcopatui renunciavit. Vbi Pontifex indulget dispensari cum ignoranter ordinatis ab Episcopo excommunicato; loquitur etiam de Episcopo publice excommunicato, qui tamen occultus si ordinato, vbi contingere potest: tunc enim illa ignorantia non excusat ordinatum, qui idcirco indiget dispensatione, quæ tamen facilius ad illam ignorantiam indulgetur; deinde veteri illi iuri derogatum fuit per Exravag. ad euitanda. Et haec omnia docet eruditus Gibalinus de Cesaris, disquisit. 7. quastione 1. consol. 23. numero 48.

RESOL. C.

An liceat tempore interdicti Consecrationem Episcopalem ministrare? Et quid de ministratione Ordinum tempore interdicti, quamvis locus sit interdictus ab ipso Ordinante? Et an saltem Sabbatho Sancto in loco interdicto possit Episcopus conferre Consecrationem Episcopalem? Ex p. 12. tract. 1. Ref. 100.

§. 1. S vppono tempore Interdicti administratio nem, receptionem Sacramentorum prohibitam esse exceptis casibus in iure expressis, vti deciditur capite, responso, de sentent. excommunicat. & cap. si sententia eodem titul. in 6. Hoc supposito claret patet non posse Episcopum tempore interdicti ministrare consecrationem Episcopalem, quæ vti supra satis probatum, est Ordo, & Sacramentum. Et Sacramentum ordinis certa sententia est, in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis nullo modo conferri posse, bene tamen generaliter interdictis in loco non interdicto; quia qualibet Sacramentorum receptio, & administratio in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis prohibita est. Secus verò hic qui generaliter tantum interdicti sunt in loco non interdicto, colligitur ex responsis de sent. excom. At nullibi inuenitur Ordinis Sacramentum exceptum: ergo intelligendum est prohibitum iuxta textum cap. si sent. excomm. in 6. & tradunt ferè omnes DD. teles Couarruuas cap. Alma 2. part. §. 3. num. 4. Nauarrus cap. 27. num. 179. Henriquez lib. 13. cap. 45. num. 2. Sayrio lib. 5. Thelauti cap. 7. num. 35. Suarez disp. 3. scilicet 1. num. 4. Filiuccius tract. 18. cap. 2. n. 47. Bonac. disp. 5. punct. 3. §. 3. num. 3. Paulus Layman lib. 1. summa, tract. 5. part. 4. cap. 2. num. 1. Quæ omnia procedunt, quamvis locus sit interdictus ab ipso Episcopo ordinante; debet enim interdictum actum tollere, vel suspendere ad istum, & ratio est, quia interdictum locale habet suos effectus ex iure communione in quo non potest Episcopus dispensare. Et ita ex Henriquez docet Auila part. 3. disp. 4. scilicet 1. dub. 8. & Pra. positus in 3. part. cap. 4. de interdicto, dub. 3. num. 24.

2. Sed difficultas est, an saltem Sabbatho sancto in loco interdicto possit Episcopus conferre consecrationem Episcopalem; & videtur quod sic, quia festivitas Paschalis a Misla incipit: at Ordinum collatio ex praescripto Ecclesia Misla, diuinisque Officiis, eod peragendis est necessaria. Ergo concessa Misla, & diuinis Officiis, censeri debet concessa Ordinum collatio. Nihilominus oppositum pro certo tenendum est cum Paludano in 4. distinc. 8. qust. 8. art. 2. princ. concl. 6. Couarruuas in cap. Alma, 2. part. §. 3. num. 3. quia Ordinum collatio non est ita accessoria celebrationi, & diuinis Officiis Sabbathi sancti, quin absque illa peragi possint, non enim accedit necessarij, sed voluntarie, quia Ecclesia non præcipit Ordines conferre; sed permittit. Ergo ex concessione celebrationis, & Officiorum diuinorum hæc Ordinum collatio non intelligitur concessa, alias in diebus Quatuor Temporum seruata moderatione, cap. Alma mater, poscent Ordines, saltem iis qui in clericalem statum sunt adscripti conferri quod est failsum. Et haec omnia docet etiam Castrus Palau tom. 6. disp. 5. punct. 4. num. 4.

RESOL. CI.

An saltem tempore interdicti liceat ministrare Consecrationem?

tionem Episcopalem in illis quatuor festiuitatibus, in quibus ex indulto cap. Alma, permittitur celebratio solemnis diuinorum Officiorum? Et an ex iure antiquo, & novo prohibita sit Ordinum ministerio tempore interdicti? Idem est de aliis Sacramentis exceptis Baptismi, & Paenitentia. Ex p. 12. tract. Ref. 10.

S. I. Respondeo negatiuè, & ratio est, quia iure antiquo est prohibita ministratio sacramenti Ordinis tempore interdicti: at sic est quod iure novo cap. Alma, confirmatur prohibitio iurius antiqui omnium Sacramentorum, exceptis Baptismi, & Paenitentiae, &c. Ergo sacramentum Ordinis; sicut olim non concedebatur tempore interdicti, ita nec modo. Et ita docet Alterius tom. 2. disputat. 4. cap. 6. *Couarruias in cap. Alma, part. 6. §. 3. numero 15.* Nec obstat cap. vnic. 28. quaf. 1. superius adductum; nam in illo texu habetur, quae canonica electio à iugomonasticæ professione absolvit; quibus manifestum sit, quod per electionem, seu confirmationem eximitur à iure monastici, & transiit ad statum Episcopalem. Cum autem subdit, & sacra Ordinatio de monacho Episcopum facit. Si nomine sacræ Ordinationis intelligatur consecratio, sensus est, quod ipsa de monacho faciat Episcopum completiuè: non quia de statum, sed quia completatum per potestatem Ordinis. Quod tamen non obstat quin Episcopus electus, & confirmatus non possit frui dicto priuilegio cap. finalis.

3. Confirmatur haec opinio ex dicendis in sequenti resolutione. Vnde ex his ego infero, quod fuit confirmatus Episcopus, licet non consecratus; ita Rodriguez in qq. Regular. tom. 3. quaf. 69. numero 4. Sanchez in summa, tom. 2. libro 7. cap. 32. num. 6. Faustus in Thesario libro 8. quaf. 46. edit. nova Neapolitana. Batbos. de potestate Episcopi part. 3. alleg. 11. num. 24.

R E S O L . C I I .

An sola Consecratio Episcopi, vel etiam si tantum sit electus, & confirmatus tribuat ei priuilegium, cap. fin. de priuilegiis in 6. Altaris portatilis? Et si supponitur Episcopus liberè posse in Palatio erigere Oratorium? Ex p. 12. tract. 1. Ref. 102.

S. I. Suppono ex dicto capite, quod Episcopus liberè possit in suo Palatio erigere Oratorium, vt ibi celebret vel Missam audiat. Et quamvis textus exigere videatur, vt eo priuilegio fruatur, quando non potest communè ad Ecclesiam accedere. Nihilominus iam usus obtinuit, & communis sensus Doctorum declarat, vt possit liberè Episcopus, & ob solam maiorem communitatem eo priuilegio viti. Suarez de *Sacram. disputatione* 81. *secl. 3.* Layman, Faustus, Machinus, & alij. Et me citato doctissimum noster P. Quartus in *Rubr. Missalis* part. 3. tit. 10. *secl. 2.* dub. 2. Hoc supposito, dicendum Episcopum electum, & confirmatum non frui hoc priuilegio, sed tantum Episcopum consecratum, quia Episcopus per consecrationem efficitur verus Episcopus, vt habeat *Glossa* in cap. 1. verb. *dedicanda*, *de religione dominis*. Et ita tenent Alciatus *conf. 1. num. 22. lib. 2.* Holstius. *capite cum olim 2. num. 10. de priuilegiis. Anan. cap. fin. numero 8. de regul.* Et fundantur in text. *capite vnic. 10. quaf. 1.* vbi eximitur à iugo regale is quem sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit. Ergo Episcopus per solam consecrationem efficitur Episcopus.

2. His tamen non obstantibus doctissimus P. Tancred. in *qq. moral. tract. 2. quaf. 48.* latè firmat, quod Episcopus electus, & confirmatus, sed nondum consecratus, possit in suo Palatio priuato habere Oratorium, vt ibi celebret, & Missam audiat, & ita in facti contingentia consuluit Illustrissimo Domino meo Episcopo Pafensi D. Aloysio Cameros

viro propter egregia sua merita nunquam sati laudato. Ergo hanc sententiam libenter amplector, & in gratiam amicissimi viri Patris Tancredi ad magis firmandam eius sententiam adduco authoritatem aliorum, & ideo ita docet *Gaffarius in Enchirid. Episcoporum, verb. Episcopus, num. 8. & sequent.* vbi sic air. [Poteft Episcopus portare fecum Altare viaticum & in itinere, & in quolibet loco sue habitationis decenti Missam celebrare, vel celebrari facere, cap. *ultimo. de priuilegiis in 6.* Etiam in aliena Diocesis, etiam si non sit consecratus.] Ita ille, cui adde Squillant. *de Priuilegi. Episcop. part. 3. cap. 4. quaf. 4. numero 15.* Nec obstat cap. *vnic. 28. quaf. 1.* superius adductum; nam in illo texu habetur, quae canonica electio à iugomonasticæ professione absolvit; quibus manifestum sit, quod per electionem, seu confirmationem eximitur à iure monastici, & transiit ad statum Episcopalem. Cum autem subdit, & sacra Ordinatio de monacho Episcopum facit. Si nomine sacræ Ordinationis intelligatur consecratio, sensus est, quod ipsa de monacho faciat Episcopum completiuè: non quia de statum, sed quia completatum per potestatem Ordinis. Quod tamen non obstat quin Episcopus electus, & confirmatus non possit frui dicto priuilegio cap. finalis.

3. Confirmatur haec opinio ex dicendis in sequenti resolutione. Vnde ex his ego infero, quod fuit confirmatus Episcopus, licet non consecratus; ita Rodriguez in qq. Regular. tom. 3. quaf. 69. numero 4. Sanchez in summa, tom. 2. libro 7. cap. 32. num. 6. Faustus in Thesario libro 8. quaf. 46. edit. nova Neapolitana. Batbos. de potestate Episcopi part. 3. alleg. 11. num. 24.

R E S O L . C I I I .

An sola consecratio Episcopi tribuat ei priuilegium cap. cum ex eo, de paenitent. & remiss. conferenda Indulgentias, vel etiam post electionem, & confirmationem possit illas concedere?

Et notatur, quod licet plures Episcopi ad Ecclesia dedicationem praesentes sint, non posse nisi uniuersi Indulgentiam simul concedere.

Secundo, an Episcopus possit concedendi Indulgentiam delegare simplici Sacerdoti, vel cunctum Clerico?

Tertio dicetur non posse Episcopum Indulgentias concedere pro defunctis.

Quarto aduertitur, quod largitio Indulgentiarum, & actus iurisdictionis voluntaria.

Quinto queritur, an in loco exemplo posse Episcopum concedere Indulgentias?

Sexto notatur, Episcopos præter Indulgentias omniam in dedicatione Ecclesia, & pro dierum alias temporibus non posse in foro paenitentie plures concedere?

Et observatur, quod Episcopus, etiam si non sit consecratus, dummodo sit electus, potest conferre beneficia.

Et tandem docetur, quod Episcopus non consecratus, sed electus, & confirmatus potest, absoluere à iuramento. Ex p. 12. tract. 1. Ref. 103.

S. I. Suppono ex dicto cap. quod Episcopi, & Archiepiscopi possint tantum dare Indulgentias in unius anni in dedicatione Ecclesia, aliis vero temporibus quadraginta solum dierum prout statuerunt populi. Innocentius III. in Concilio Lateranensi. *cap. cxxii. ex eo, de tit. de paenitentia, Honotius III. cap. m. 10. s. 10. cap. Indulgentias, 10.*